

Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In qua tractatur de Virtute ac Sacrameto Pœnitentiæ

Bosco, Jean a

Lovanii, 1670

Concl. V. Qui habet votum castitatis, debet votum suum explicare in Confessione, quando consilio suo fuit causa, ut Petrus peccaret contra castitatem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73393](#)

Sect. 10. De Distinctione specifica Peccator. Concl. 5. 735

nostram, qualitates personarum non esse explicantas, quia talis locutio non imbibit malitiam peccati, ad quod proximus per accidentem inducitur; sed est dumtaxat peccatum contra Charitatem, eiusdem speciei sive proximus, qui peccat, sit conjugatus, hinc Sacerdos &c.

Quantum ad numerum personarum, eadem est resolutio de utroque scandalo, directo & indirecto: pender autem hinc resolutio ex illa questione; utrum in eodem actu possint dari plures malitia, solo numero distincte? Si affirmaveris, necio quare in peccato scandali non deberet exprimi numerus personarum, quia unico actu scandalizantur, sicuti debet explicari numerus personarum, quia unico actu occiduntur. Quid enim referat ad multitudinem

actu occiduntur. Quid enim reuerit ad mortificationem numerican peccatorum, quod in uno casu damnum sit corporale; in altero spirituale; in uno contra Charitatem, in altero contra iustitiam? Sin autem negaveris, in eodem actu posse dari plures malitias solo numero distinctas, & affirmaveris; circumstantias tantum aggravantes non esse explicandas; manifeste sequitur, in peccato scandali non esse explicandum numerum personarum, quas unico actu scandalizati.

Et nro 982. sic fit: Voto solemnis Monachus promittit (expressè seu implicitè, de quo non ago) castitatem; pudicitiam non voraret. Præterea voraret se futurum esse castum; non voraret se facturum esse, quod alii essent casti. Nota hanc ultimam dilitionem, quæ est verissima, & ante nostrum Llamas à nemici observata, & hodie à multis nondum bene intellecta. Ratio est: quia sicut qui voreret obedientiam, non promittit f. si super eos alios obedientes sed promittit

Sed prodiagramat ad alium casum ; magis difficultus & intricatum , proper aliquorum Neoteritorum speculations . Est autem hujusmodi : Ego Paulus habens votum castitatis consuli Petro fornicationem ; numquid temor meum votum explicare in Confessione ? Respondeo :

CONCLUSIO V.

Qui habet votum castitatis, debet
votum suum explicare in Con-
fessione , quando consilio suo
fuit causa, ut Petrus peccaret
contra castitatem.

M *Ultos video* (inquit Caramuel Theol. Regulatis disp. 66. nu. 93*o.*) in hujus virtutis (intelligit calitatem) obligationibus recensentis & expensis diffidere, quod non perculuerint, quod castitatis nomine designatur. Est igitur castitas virtus specialis circa venere, ut confat ex D. Thom. q. 15 i. a. 2. Et iuxta eundem Angelicum Doctorem q. 143. differt à pudicitia, quod pudicitia sit praecepit circa signa venereorum (ut sunt tarsus, oscula & hujusmodi) castitas verò circa venetam communitionem. Quia est distinctio valde notanda: erit enim utilis ad plurium difficultatum solutionem.

Distinguitur etiam (prosequitur idem Author n. 93*o.*) castitas à pudicitia, quod illa sit

- S. August

67.

Conclusio
Caramuelis
opposita
nostre,

m
as
io
ra
m
ra
oc-
in
tas
o;
ur
is;
u-
lu-
us,
C

si ipse percalluerit, quid nomine castitatis,
quam Monachi vovent, designetur.

68. Quid revera significatio nominis castitatis? quam Monachi vovent, solent attendere & accipere: hæc autem non distinguunt inter commixtionem venereum & signa venereum, ut sunt tactus, oscula & familia. Testor conscientias omnium Monachorum, qui planè existimant se peccare contra votum castitatis per aspectus inhonestos, tactus & oscula; etò nullum sit periculum commixtionis.

Si vera esset (inquit Caratouel sup. n. 956.) sententia, distinguendum inter castitatem & pudicitiam, ita ut illa actum venereum, ista oscula & tactus respiciant, dicendum esset per oscula, amplexus & tactus non per castitatem, sed pudicitiam. Hæc voto non est firmata, sed illa. Unde si in illis tactibus esset periculum commixtionis, esset periculum violanda castitatis, non violatio: quod si sequeretur commixtio, tunc de facto violaretur ipsam castitas. Hæc ille. Ubi videtur dubitare de hac distinctione inter castitatem & pudicitiam. Unde continuo subhingit: Citant D. Thom. q. 151. art. 2. quem vindicentur non intellexisse.

69. Sed, pace veltrâ; qui sunt isti, qui sic distinguunt inter castitatem & pudicitiam? An forte tu unus ex illis es, qui n. 980. doceas, juxta Angelicum doctorem q. 143. castitatem differre à pudicitia, quod pudicitia sit præcipue circa signa venereum (ut sunt tactus, oscula & hujusmodi) castitas vero circa venereum commixtionem? Sanè haec tenet neminem reperi, qui diceret, castitatem respicere solam commixtionem venereum, nullatenus autem oscula, amplexus &c.

Ut autem clarior fiat mens Doctoris Angelici, subscrivo ejus verba: *Quedam vero ordinantur ad vim generatram. Et in his quantum ad delectationem principalem ipsum coitus est castitas; quantum ad delectationem circumstantiam, puta que sunt in osculis, tactibus & amplexibus, attenditur pudicitia.* Ita D. Thom. 2. a. q. 143. a. 1. in corp. Et q. 151. a. 4. in corp. ait: *Pudicitia attenditur proprie circa venereum, & præcipue circa signa venereum: sicut sunt aspectus impudicii, oscula & tactus.* Et quia hec magis solent deprehendendi, ideo pudicitia magis respicit huiusmodi exteriora signa: castitas autem magis ipsam venereum commixtionem. Et ideo pudicitia ad castitatem ordinatur, non quasi virtus ab ipsa distincta, sed sicut exprimens castitatem circumstantiam quandam. Interduam tamen unum pro alio ponitur.

Ex explicatur eius mens. scilicet eandem esse virutem castitatem

Quæ ergo mens Doctoris Angelici? Respondeo: quæ communis aliorum Theologorum, videlicet eandem esse virtutem castitatem & pudicitiam, licet pudicitia ad castitatem ordinatur, velut medium ad finem, sive tam-

quam quid præviuum ad actum principalem. Unde etiam impudicitia, secundum communem sententiam, ejusdem est specie cum actu principali, ad quem disponit. Ratio: quia habent idem objectum moraliter, seu idem motivum; & eodem modo privat eadem rectitudine. Quod probatur: quia impudicitia (quæ præcipue consistit in tactibus, amplexibus, aspectibus & osculis libidinosis) est quasi pars sive initium ipsius actus principalis: ergo habent idem objectum, & privat eadem rectitudine eodem modo. Nonne medium imbibit bonitatem & malitiam finis?

Planè. Et quis hic finis, nisi actus principialis? Et quod medium, nisi impudicitia, id est, tactus, amplexus &c.?

Nec obstat, quod impudicus non semper referat tactus illos vel aspectus ad actum principalem, tanquam finem; immo expressè velut contrarium: non obstat (inquit) quia actus non accipit semper speciem suam ex fine operantis (ut patet, dum furtum ordinatur ad eleemosynam) sed magis ex fine, ad quem ex natura sua ordinatur. Jam autem impudicitia ordinatur ad delectationem concubitus: ergo illius speciei peccatum erit impudicitia, cujus speciei peccatum est delectatio concubitus.

Porro, quod impudicitia ordinatur ad delectationem concubitus, liquidò conflat ex communi hominum iudicio: sunt enim tactus, aspectus &c. media ordinata à natura ad seminationem procurandam, in qua consilientia delectatio concubitus. Unde etiam ordinari à libidinosis ad istum finem adhibentur.

Venio ad verba D. Augustini ex lib. 4. contra Julianum c. 8. *Pudicitia est res animi, virginitas corporis;* & dico, Doctorem Sanctum nullum latenter per illa distinguere pudicitiam à callidae, quam voto solemni promittunt Monachi (alioquin falsam, non veram castitatem promitterent) sed distinguere veram pudicitiam seu castitatem à falla pudicitia seu castitate, ut patet ex contextu. Responderet enim Augustinus Juliano dicenti, in impensis invenient veram pudicitiam. *Quid est inquit S. Doctor?* *quod loqueris,* Nihil pertinet ad laudem gratiae, si id donet fuis, quod peccata impensis largiuntur. Propriæ pudiciæ, scilicet coniugalem, quam tibi habere videntur impensis. Homo contentiose, virtus donatur vera per gratiam, non que vocatur; & non est. *Vt quid autem pudicitiam & virginitatem quasi eiusdem generis, jungi?* *Pudicitia (vera)* est res animi, virginitas corporis.... Propter quod ego non dixi verum conjugum, sive viduitas, sive virginitas; sed vera pudicitia (sive castitas) sive coniugalis, sive viduatis, sive virginis dicenda non est, nisi que vere fidei mancipatur. *Coniuges enim & viduae & virgines possunt esse, & pudice non esse,* si contaminata voluntate maculantur, si spiritu impuro stupra perpetranda decernunt;

in quibus tan animo fornicari.

Et infra: etia & leua car virginitas earum in animo virginale bona. Sed coniages virginibus, & coniugati bene (in calumnia punitas criminis non falsa virtus).

Ex his partibus. Verba D. Augustini citato à Caro reperiuntur. Tunc collecta de causa pudicitia seu animo violencia modo constituta, absque ad coronam iudicii: Si intentias mibi duplicitatem.

Audamus non proculari. Deum ingens/ adesse conuenienter membris libidinis permittit, cum puditude maculat crimum. Et quod si libido patitur, illa violentia pro passionem mente valet in nec in corpore patuerint super.

Quae sunt causae patitur in anno. Quod si quid castitatem in mente stinguat, quod Et quare pudicitiam in lib. 1. de lib. 1. quod constituta, quanto stupratorum nonne virtus quin ea sit in violento stupratorum.

Quae sunt causae patitur in anno. Monachum vero solent per omnia virtutem que directe solent per concupiscentiam per aspectus immo per in lumen efficacia dicuntur.

Sect. 10. De Distinct. specifica Peccator. Concl. 5. 737

in quibus tamen veram pudicitiam dicas esse, etiam si
animi fornicentur.

Et infra sic ait: Nec in impiis inventitur pudicitia (seu castitas) virginalis, quamvis inventetur
virginitas carnis, quia vera pudicitia non potest bas-
ter in animo fornicante. Ac per hoc non anteponitur
virginale bonum impiorum bono coniugali fidem.

Sed coniuges, bene utentes malo, anteponuntur
virginibus, male utentibus bono. Et ideo cum fideles
coniugati bene utentur malo libidinis, non apud eos
(ut calumniaris) propter fidem exercetur im-
punis criminis, sed in eis, propter fidem vera,

non falsa virtus est castitas.

Ex his patet, quid respondendum sit ad alia
verba D. Augustini (si ipsius sunt; quia loco
cito à Carameule, videlicet Epist. 22. non
reperiuntur, interim verissima sunt, etiam in-
tellecta de castitate) Respondeatur, inquam;

pudicitia seu castitas vi nec in carne, nec in
animo violari potest: non quia in carne nullo
modo possit, sed quia castitas in carne vio-
lata, absque consensu voluntatis, duplicabitur
ad coronam, ut legitur dixisse Lucia Paschatio
judicii: Si inquit (inquit) iussis violari, casti-
tas mibi duplicabitur ad coronam.

Audiamus ipsum Augustinum Epist. 122.
non procul à fine: Hac illis dicuntur, & ad
Deum ingemescimus, omnino suis aderit, qui suis
adesse conseruit. Et aut nihil in eorum castissimis
membris libidine hostili perpetrari permittet; aut si
permittit, cum eorum animus nullâ confessione tur-
pitudine maculatur, etiam carnem suam defendet à
cumme. Et quidquid in ea nec commisit, nec per-
mitit libido patientis, solus erit culpa faciens, om-
nig. illa violentia non pro corruptionis turpitudine,
sed pro paxione vulnere deputabatur. Tantum enim in
mente valeat integritas castitatis, ut illa inviolata,
ne in corpore posset pudicitia violari, cuius membra
patuerint supervari.

Quid vobis videtur de Augustino? Num-
quid castitatem ponit in corpore, & pudicitiam
in mente; vel castitatem à pudicitia distinguit, quod illa sit corporis, hæc animæ?
Et quare putamus Augustinum constituisse
pudicitiam in animo? Ipse pro te responderet
lib. 1. de lib. Arbitrio cap. 5. De pudicitia (in-
quit) quis dubitaverit, quia ea sit in ipso animo
constituta, quandoquidem virtus est? Vnde à vio-
lento stuprato eripi nec ipsa paret. Et castitas,
non virtus est? Quis ergo dubitaverit,
quia ea sit in ipso animo constituta? Unde à
violento stuprato eripi nec ipsa potest.

Quæ cùm ita sint; assero, voto solemini
Monachum promittere veram castitatem, seu
veram virtutem castitatem & pudicitiam; adeo-
que directè peccare contra votum suum non
solum per commixtionem venereum, sed etiam
per alpestris dishonestos, tactus & oscula;
immò per interna dishonesta desideria non fo-
lum efficacia, sed etiam inefficacia, quæ solent
dici simplices complacentia, seu delectationes

morosæ: nemo enim verè castus est, qui, licet
abstineat ab actibus externis; tamen ex ima-
ginatione operis venerei percipi delectatio-
hem similem illi, quæ ex rei præsencia & actua-
li fruitione perciperetur.

Eleganter & appositè D. Augustinus l. 12. s. Ang.
de Trinitate c. 12. Ne sicut cùm sola cogitatione
men oblectatus illicitus, non quidem decernens esse
facienda, tenens tamen & volvens libenter, que
statim, ut attigerant animum, restui debuerunt,
negandum est esse peccatum, sed longè minus, quam
est opere statuatur implendum. Et ideo de talibus
quoq. cogitationibus venia petenda est; peculij
percuditendum argue dicendum: Dimitte nobis
debita. Faciendum quoque quod sequitur,
aque in oratione iungendum: Sicut & nos di-
mittimus debitoribus nostris. Neque enim sicut
in illis dubius primis hominibus personam suam
quique portabat, & ideo si sola mulier eum edisset
illuc, sola uirgine mortis supplicio pleberetur;
ita dici posset in homine uno, si delectationibus illi-
citis (à quibus se continuò deberes avertere) cogi-
tatio libenter sola pascatur, nec facienda decernan-
tur mala, sed tantum suaviter in recordatione te-
neantur, quasi mulierem sine vita posse dannari;
ab his hoc crederet. Hæc quippe una persona est, unus
homo est, rotulj. damnabitur, nisi hac, que sine
voluntate operandi, sed tamen cum voluntate ani-
mum talibus oblectandi solitus cogitationis sentiu-
tur esse peccata, per Mediatoris gratiam remittan-
tur.

Et quamvis hæc verba ab Aliquis expli-
centur de peccato solum veniali, & de clam-
natione temporali Purgatorii (ut videre po-
teris apud Cordubam in suo Questionario
lib. 1. q. 23. dub. 11.) equidem communiter
intelliguntur de peccato mortali, & de clam-
natione aeterna, prout ea intellexit Doctor
Subtilis 2. dist. 42. q. 4. nu. 13. ibi: Quando
voluntas imperat cogitationem aliquis illicitus, qui
vult quod obiectum sit sibi presens ad continuandum
delectationem & complacentiam in illo; si illud co-
gitatum sit (mortaliter) illicitum, in complacencia
plena illo modo prædicto est peccatum mortale: & sicut
hoc non solum de carnalibus, ut cogitare luxuriam;
sed etiam in actibus intellectus respectu aliorum ob-
iectorum, ut imaginari & morari cum delectatione
in cogitatione moris inimicorum. Et sic patet, quod
cogitatione de obiecto illicito procedens ex complacencia
voluntatis in illo, post deliberationem est peccatum
mortale. Sicut enim est peccatum mortale voluntatis
concupiscere sibi delectationem de obiecto illicito, &
illam etiam vel aliam concupiscere potentia inferioris;
sic etiam peccatum est ad hoc velle cogitationem de
isto obiecto.

Hæc est sententia (prosequitur Scotus n. 14.)
Augst. l. 12. de Trinitate c. 12. Et quod
Augustinus ibi intelligat, quod delectatio sine con-
senso in opus sit peccatum mortale, patet per illud
quod dicit: Si sola mulier cogitat de re illicita,
totus homo damnabitur, nisi Mediatoris

Aaaaa gratia

gratiâ intervenient liberetur. Qued si esset veniale, posset sine gratia opposita liberari. Hæc ille.

75.
Delectatio
morosa pro-
hibetur in
Decalogo.

Quæ si vera sint (quod puto) haud dubitandum, quin morosa delectatio prohibetur in Decalogo, saltem reductive. Quæris, quo præcepto? Respondeo, illo: Non concupisces uxorem proximi tui. Quæ prohibetur omnis illicitæ concupiscentia carnis, qualis est delectatio morosa de carnibus, qua non tantum ipsam mentem afficit, veluti cum quis delectatur de cogitatione rei turpis; sed ipsam quoque materiam prohibitat: hæc enim est objectum delectationis morosa, ut graphicè depingit Scotus suprà hisce verbis:

Scotus.

Ex quo patet, quid in eadem cogitatione potest esse peccatum & non esse; quia quantumcumque cogitatio sit delectabilis, cum tamen obiectum non sit delectabile, non est peccatum. Vnde vir sanctus potest delectari in cogitatione alius peccati, quod determinatur. Delectari tamen in cogitatione aliquis peccati, quatenus obiectum sit sibi praesens, & delectetur in illo, ut in obiecto, est peccatum. Et hoc per Augustinum 9. Trinit. c. 10. Definire intemperantiam, verbumque ejus dicere, pertinet ad artem morum. Etiam autem intemperantiam ad pertinet, quod illa arte culpat: sicut nosse ac definire quid sit sollicitus, pertinet ad artem loquendi; facere autem vitium est, quod eadem arte reprehenditur. Sic ergo, si cogitatio placet & continuatur, non propter cogitationem, sed ut per eam quis ad finem debitum deducatur, non est peccatum; sed si propter obiectum illud ut in ipso delectetur, sic est peccatum: & isto modo sancti viri deteruant cogitationes illicitas.

76.
Religiosi
vovent ab-
stinentiam
delecta-
tionibus
morosis.

Rationes
in oppo-
tum Franc-
is à S. Clara.

Quidni ergo viri Religiosi, qui profitentur viam perfectionis, velint vovere, & de facto voveant detestationem omnium cogitationum carnalium, que seculo voto castitatis essent peccata mortalia contra castitatem? Non dubito de tali voluntate, quidquid in contrario videatur sentire Franciscus à S. Clara in suo Manuali Missionariorum Regularium c. 23. propter frivolas rationes, quas hic subjicio:

Non vovet (inquit ille) finis voti: ergo nec abstinenre ab omni affectu interno. Deinde sic, quando vovet castitas, non vovet perfectio castitatis; nam hoc esset ridiculum vovere, se statim fore perfectum; nec esset in voventis potestate: vovet ergo solum applicare se ad media, quibus tandem acquiri possit perfectio. Perfectio vero castitatis est, non omnino habere cogitationes delectabiles in re turpi: ergo hoc non vovetur; sed media necessaria, quibus gradatim tenditur ad perfectionem. Vovet igitur non solum abstinenre ab actu, sed ab aliis illicitis gestibus tentibus ad actum, ut oscula, amplexus & hujusmodi, qui multum disponunt; & etiam

affactus efficaces, qui non sunt simplices complacentiz; nam & illa sunt mortalia in causa.

Denique hoc confirmatur ex obligationibus aliarum legum (votum enim est lex, quam vovens sibi imponit) in aliis vero legibus seu preceptis non obligat finis legis in quantum talis: ergo nec hic. Sic etiam quoad paupertatem, vovens vovet, quod in sua est potestate, ut relinquere sua bona. Numquam vero delectari, non videtur immediata voti materia, sed est quotidianus Religiosorum labor. Examinent doctiores: nam certe ratio, cui innititur, videtur urgere; & adhuc tuus in sententia eorum, qui tenent apud Cordubam, non esse peccatum mortale delectari, seu consentire in delectationem obiecti mortaliter prohibiti, tantum sine confessione in ipsum opus vel actus exteriorum. Hucusque Franciscus à S. Clara.

Sed credo, si S. Franciscus & S. Clara cum hic viventer interrogari potuerint, unâ voce, clamassent: Vovimus Deo abstinerem non tantum ab aliis exterrinis luxuria, sed etiam ab aliis internis tam efficacibus, quam morosâ delectationibus perfecte deliberatis. Atque hec est communis Religiosorum apprehensio, qui judicant se peccare contra votum castitatis, quando aliquid agunt, quod seculo voto mortaliter repugnat illi virtuti: jam autem delectatio morosa in re turpi (ut supra ex Augustino & Scoto probavimus) si plena fuerit & perfecte deliberata, mortalis est, etiam in eo, qui non habet votum castitatis.

Et vero, qui dixerit, abstinentiam ab

hujusmodi delectationibus, ad quam omnes obligantur ante votum, esse finem voti? Nisi finem confundas cum materia; & tunc prima ratio illius Auctoris petit principium: nam queritur, an delectatio morosa, seu potius abstinentia ab illa, sit materia voti? Et posse esse, non dubito: nam in voventis potestate est eodem modo, quo abstinentia ab aliis peccatis mortalibus. Dicere autem evicationem peccati mortalii non esse in potestate homini, est contradicere Concilio Trident: sess. 6. c. 11. ibi: Nemo temeraria illa, & à patribus sub anathemate prohibita voce uti (debet) Dei precepta homini iustificato ad observandum esse impossibilia: nam Deus impossibilia non iubet, sed iubendo monet & facere quod possum, & petere quod non possum, & adiuvat ut possem. Et can. 18. Si quis dixerit, Dei precepta homini etiam iustificato & sub gratia constituto, esse ad observandum impossibilia; anathema sit.

Fatetur: materia voti debet esse res physica & moraliter possibilis: & ideo non valeret abstinentia ab aliis exterrinis luxuria, i mandato votum de numquam peccando, cum Trident. delectatio supra can. 23. definit, hominem non posse in aliis est mortaliitate vita peccata omnia etiam venalia vitare, nisi mortaliitate ex speciali Dei privilegio. Similiter non valeret vovum

votum de nberare; qui minis potest ne, cum nibis potest berare. NIH effet validum mentiendo requirit del ralem potest. Quantò ma quām delibe delectabilis peccatum m.

79.

Quæ con-
fessio per-
fectio Reli-
giosi

77.

Neque tu-
do non con-
fessio per-
fectio Reli-
giosi (na-
do quando v-

sive in ani-

mo nequidem in-

factio calitatis

qui (nan

ad quam per

votum, cum

bilis. At ver-

cum sit physi-

Deo honori-

absolutè & si

ne vovens e

suo abstine-

re, est ab-

foram

plurimi fin-

netos; & du-

rante, abli-

nent à perfec-

Et dato q-

quotidie for-

neant ab oper-

eos noluisti

qua difficile

ne turpi tan-

vorum cense-

immò ad i-

mitiuit vor-

Vinculo con-

vinculi firmi-

quod aliqui

vare deberet

Nec vale-

aliam legi-

bus obli-

finem extrin-

alis legibus

ab omni affec-

tra castitate

& non mag-

probatur?

Secundò

non sit lex

poteſt ad a-

votum de numquam mentiendo etiam indeliberatè; quia non videtur esse moraliter in hominis potestate, non peccare ex indeliberatione, cùm nihil propriè & moraliter sit in hominis potestate, nisi de quo potest perfectè deliberare. Nihilominus ignorare planè, quare non est validum votum de numquam deliberante mentiendo: nam quod humanam & moralē requirit deliberationem, includit etiam moralē potestatem faciendi & non faciendi. Quanto magis validum erit votum de numquam deliberante consentiendo cogitationibus delectabilibus in re turpi, qui consensus est peccatum mortale?

Neque tunc Religiosus perfectus est, quando non consentit deliberatè hujusmodi cogitationibus (nam plurimi sacerdotalium id faciunt) sed quando vel non sentit ullos motus turpes sive in animo, sive in corpore; vel etiā sentiat, nequidem indeliberatè intentionem. Hęc est perfectio castitatis & finis voti, si ita velimus loqui (nam propriè finis voti est honor divinus) ad quam perfectionem & finem non obligat votum, cùm sit physice aut moraliter impossibilis. At vero abstinere à delibera consensu, cùm sit physice & moraliter possibile, atque Deo honorificum; nescio, quare Religiosus, absolutè & simpliciter ablique aliqua restriictione vovens castitatem, non teneatur ex voto suo abstinere ab hujusmodi deliberato consensu, et abstinere foret quotidianus Religiosorum labor; quod tamen fallimur est, cùm plurimi sint, qui rariū sentiunt motus inchoatos; & dum sentiunt, gratiā divinā aspirant, absque aliquo particulari labore abstinent à perfecto & deliberato consensu.

Et dato quod aliqui essent, qui laborarent quoniam forte etiam sunt, qui laborant ut abstinent ad opere turpi extero; num ideo dicam, eos noluissent vovere illam abstinentiam? Sanè, quia difficile est abstinere ab omni delectatione turpi tam animi, quam corporis; ideo votum consenser actu consilii & perfectionis: immò ad illam difficultatem superandam emititur votum, quatenus voluntas firmiori vinculo constricta, ex consideratione illius vinculi firmius & inviolabilius observet id, quod aliquin ex virtute sola castitatis observare deberet.

Nec valet argumentum ab obligatione aliarum legum. Primum: quia etiam in aliis legibus obligat finis intrinsecus legis. Ad finem extrinsecum sicut non est obligatio in aliis legibus; ita nec in voto. Porro abstinere ab omni affectu interno plenè deliberato contra castitatem, esse finem extrinsecum voti, & non magis materiam essentiale; ex quo probatur?

Secundum: disparitas aliqua est, quod votum non sit lex propriè dicta; & ideo obligare potest ad actus merè internos, estō lex propriè

dicta Superioris humani non posset ad illos obligare. Quamvis ergo lex humana non prohiberet directè delectationem, moraliter è equidem votum potest prohibere, & censetur prohibere, nisi obstat contraria voluntas voventis implicita vel explicita, quæ impræsentiarū non obstat. Non implicita: nam virtus castitatis, quam Religiosus votet, prohibet delectationem mortalium, idque sub culpa mortali in materia gravi, ut suppono, & ultiū possem probare, nisi esset alterius loci: ergo similiter votum castitatis, nisi obstat explicita voluntas voventis, de qua nobis non constat.

His ita constitutis, festinè cognoscitur, 81. quid sit sentendum de eo, quod docet Car- Doce Cat. muel suprà n. 984. Intentio fornicandi v. g. fornicari in Religioso non est formaliter formaliter; tacilegum;

& S. Clara cum Tent, una voce inere non tankis etiam ab aliis profis delectatione, quando voti mortaliter autem delectatio ex Auguſtino a fuerit & per-

etiam in ea,

abstinentiam ad quam omnes

in enim voti? Nisi

; & tunc prima

incipit: nam

sa, seu portu-

voti? Et possi-

ment abstinere

ab aliis pec-

em evitacionem

restate homini-

rident: sed 6.

8. & à Patribus

i debet) Di

observandum effe-

a non subet, sed

is, & petere quod

Ec can. 18. si

tiam iustificata &

vandam impos-

esse res physice

non valeret Abdi-

cum Trident, decider-

em non posse in inno-

cia vitare, nif morali-

ter non valeret

votum

ta factibus sollicitant ad commixtionem; com- Contra acta miscentur formaliter an objective tantum? & Aos.

Fugit castitas de moribus non formaliter, sed

objective tantum?

Et quid refert conspectibus

an tactibus se sollicitant ad commixtionem?

Quero ulterius; qui conspectibus se

sollicitant, peccantem contra votum castitatis?

Tenentur votum suum in Confessione ex-

plicare? Si sic (de quo ego non dubito) quid

refert sive formaliter peccant contra castita-

tem, sive objective; sive contra castitatem,

sive contra pudicitiam? Et si contra pudici-

am; cur non etiam contra castitatem, quæ

est eadem virtus secundum Doctorem Ange-

licum, & qua sine pudicitia secundum Di-

cam Augustinum non est vera virtus castita-

tis?

Aaaa 2

Appositè

Apostolè S. Doctor lib. de bono Viduitatis c. 9. In coniugali vinculo si iudicatio conservatur, damnatio non timetur. Sed in viduali & virginali continentia excellentia muneris amplius expicitur. Quia petitâ & eleïta, & voti debitis oblatâ, iam non solum capescere nuptias, sed etiam 1. Timoth. 2.11. & 12. si non nubatur, nubere velle, dannabile est. Nam, ut hoc demonstraret Apostolus, non ait: cum in deliciis egerim, in Christo nubim; sed: nubere volunt: Habentes (inquit) damnationem, quoniam primam fidem irritant fecerunt; et si non nubendo, sed tamen volendo: non quia ipse nuptia vel talium dannanda indicantur, sed dannatur propositi frustis, dannatur fracta voti fides &c. Ergo talis voluntas, secundum Augustinum, est sacrilegium formaliter & intrinsecus; alioquin dicere debuissest: Dannatur voluntas frangendi fidem; & non: Dannatur fracta voti fides. Et vero, si non nubendos, sed tantum volendo nubere, frangit formaliter votum virginitatis; quis prudenter ambigat, et si non fornacando, sed tamen volendo fornacari, formaliter frangi votum castitatis Religiosæ?

Ex quo patet diversitas inter Novitium, qui habet intentionem fornacandi post professionem, & Professum, qui vult fornacari: nam Novitius, cum nondum fidem Deo dederit, non potest formaliter illam frangere; adeoque in ipso non dannatur fracta voti fides, sed voluntas frangendi fidem, postquam data fuerit: in Professo autem, qui actualiter dedit fidem Deo, non tantum dannatur voluntas frangendi fidem per actum externum fornacationis, sed etiam dannatur ipsa fides fracta (prout loquitur D. Augustinus) ita ut ratio sacrilegii sit illi actui non solum terminus, sed etiam forma, sicut est forma actui fornacationis. Hæc est communissima sententia, à qua nullatenus iudicio recedendum propter argumenta Caramuelis, quibus (ut puto) factis factum est.

Sed dicet aliquis: Quid hæc omnia ad possum Conclusio? Expecta paululum & videbis, si tamen oculos hibetas apertos ad videndum. Dicit Conclusio: Religiosum, qui alterum consilio suo induxit ad fornicanum, peccasse contra proprium votum, & ideo illud debere in Confessione explicare. Quod probo ex dictis: nam Religiosus votet abstinere ab omni actu interno & externe perfectè deliberato, qui secluso voto est peccatum luxurie, sive oppositum virtuti castitatis, nisi constet de contraria voluntate; atqui consilio suo inducere alterum ad fornicanum, est peccatum luxurie, sive oppositum virtuti castitatis: ergo Religiosus votet abstinere ab illo consilio, nisi constet de contraria voluntate. Subsumo: atqui de contraria voluntate ordinariè non constat; ergo Religiosus, qui alterum suo consilio induxit ad fornicanum, per se loquendo peccavit contra proprium vo-

tum; & ideo illud debet explicare in Confessione.

Major patet: quia votum superadditur precepto castitatis, idque verbis generalibus, ex. gr. Vovo servare Regulan FF. Minorum vivendo in castitate; ergo afficit omnes actus, quos afficit preceptum naturale castitatis, illis superaddendo novam obligationem virtutis Religionis, gravem vel levem, secundum capacitem materia. Minor prolatus: quia tale consilium est scandalum directum; atqui scandalum directum (ut ostendimus Conclusione 4.) contrahit omnem malitiam illius peccati, ad quod proximus inducit: ergo consilium Religionis, quo inducit proximum ad fornicanum, contrahit malitiam oppositam virtuti castitatis, eandem specie, quam habet ipsa fornacatio proximi: ergo illud consilium est peccatum luxurie seu oppositum virtuti castitatis.

Infero tursum: ergo Religiosus votet abstinientiam ab illo consilio, nisi constet de contraria voluntate; atqui de contraria voluntate ordinariè non constat. Quod probo, quia si singuli Religiosi interrogarentur, forte nullus inveniretur, qui dicere se illud consilium exceperit à materia voti castitatis. Qui ergo jure, ratione vel auctoritate illud existimat Caramuel supra: Dicastillo disp. 9. n. 326. & alii quidam Neoterici? Et quod magis mireris, Dicastillo suam resolutionem audet appellare claram, & doctam, & reprobriari multis, immò plerique.

Sed si illa clara est, & docta, & recepta a multis, nescio quia sit obscura & indecisa, & recepta à paucis. Obscura quidem & indecisa, quia obscura & indecisa nimirum fundit: à paucis vero recepta, quia ipse Dicastillo non citat alios, quam Sanchez lib. 5. Sum. Series c. 6. n. 10. Caramuel & Lugonem. Sub Caramuel. Scribo verba Dicastilloris: Predictum casum dicit Diana 7. parte, tract. 1. resol. 27. fel. Date homo prudente cauteo de suo nihil addit, contentus referre Caramuel, & ex parte Sanchez & Lugonem. Hæc ille.

Verum enim vero si tua resolutione, mihi Dicastillo, est tam clara, & docta, & a plenique recepta, ut patet; cur laudas Diana a prudenter? Homo (inquis) prudenter cauteo de suo nihil addit. An imprudens, si assertivè illam resolutionem docuisset, sicut alias plures docet? An imprudens, si plerique illos Autores in medium produxisserit, sicut solet producere pro aliis opinionibus, quando revera plerique eas docent? Nunc autem prudenter cauteo fuit Diana, quia sententiam obscuram & indeciam noluit videri docuisse, & noluit subscrivere sententia, quam vidi à paucissimis doceri.

Quod probè intelligens Card. Lugo sic sit: 86. disp. 16.

83.
Diversitas
quod ad hoc
inter Novi-
tium &
Professum.

84.
Probatio
Conclusio.
bis.

quid Lugo disp. 16. na-
tum de
sic dicit, ne
idem San-
chis & ubi di-
eandem spe-
scandaliza-
tionem, p.
Uide qui al-
tur peccare
quoties co-
peccat grave-
malitiam ejus
ducit ad for-
matur, debeat
proprii voti
tur de refu-
clara & doc-
dere fas est.

Respondet
loco non d
scandali, ei
ejus, qui sca-
Nam n. 3. c
fune, sive ex-
non eo fine,
cum; non ef-
dum generati-
reducitur ad ea
..... Et n.
(qualiscum-
dem speciem:
distinguis in
jus virtutis,
actus non per
darior prohibi-
ria peccandi di-
plum in parti-
des nemo han-
tia crimen dire-
felle & reduci-
tam peccati spe-
cer, debet
peccati, ad que
qua omnia C
peccati speciem
de propria &
statim se retu-
non de proprie-
tus fuerit. H

87.
Leijonau.
Sed nunqu-
ris subtiliza-
rium sapere
rit, quam in
directissime re-
gari ad restitu-
exemplum ir-
tius est contri-
Sanchez loqu-
de illo, qui p
per accidentem
eo quod dico

reliquo Lugo disp. 16. n. 152. Hæc doctrina nec difficultate caret, nec videtur satis cohærere cum iis, quæ idem Sanchez docuerat lib. 1. in Decal. c. 6. n. 3.

